



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XXIX. De officio & potestate Iudicis delegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

TITULUS XXIX.

DE OFFICIO ET POTESTATE JUDICIS DELEGATI.

SECTIO I.

*De delegatione in genere,
& iis, qui potestatem delegandi
habent, vel non.*

§. I.

*Quid sit delegatio, sive quis sit
Iudex delegatus, & quotuplex?*

Delegate in genere aliud non est, quam vices suas alteri in locum suum committere; & hinc iudex delegatus (qui etiam iudex extraordinarius, & vulgò Commissarius dicitur) rectè dicitur ille, qui non ex proprio munere seu officio, sed ex commissione, vel ipsius juris, vel alterius hominis, propriam jurisdictionem habentis, immediatè aut mediatè factà, jurisdictionem exercet, ita tamen, ut distinctam jurisdictionem habeat, derivatam tamen à jurisdictione delegantis. Sunt autem varia delegatorum genera; alij dicuntur delegati à supremo Principe, Ecclesiastico scilicet vel temporali; alij delegati dicuntur ab inferioribus Principibus, aut Magistratibus; alij dicuntur delegati ad universitatem causarum, quibus vel universim omnes propè illius territorij causæ cognoscendæ sunt, vel omnes saltem causæ in certo quodam genere subalter-

no, omnes v. g. causæ decimarum, omnes causæ mutui, &c. quamvis cum restrictione ad certum locum, tempus, & quantitatem commissæ sint: alij ad certam tantum particularem causam delegati dicuntur, vel quibus commissæ sunt certarum personarum tantum causæ decidendæ: alij dicuntur delegati ratione certæ dignitatis, quam obtinent, ut cum Abbati v. g. Episcopo certi loci delegatio fit: alij sunt delegati ratione certæ personæ, quibus scilicet earum personarum nomina exprimendo fit delegatio: alij ab homine delegati dicuntur, à iudice v. g. vel magistratu ordinariam jurisdictionem habente. Alij delegati dicuntur, à jure, ex ipsius scilicet juris commissione, vel ex recepta consuetudine, quæ vim juris habet, delegatam potestatem habentes, qualem jurisdictionem habent Episcopi in quibusdam casibus Papæ reservatis, &c. & confessarij illi, quorum penitentes facultatem habent eligendi sibi confessarium, &c. alij denique dicuntur delegati, quibus primò delegata sive demandata fuerit jurisdictio; alij subdelegati qui à delegatis iterum delegantur.

§. II.

Quinam habeant potestatem delegandi, aut subdelegandi?

Delegandi potestatem regulariter habent omnes Magistratus ordinariam jurisdictionem habentes, prout sumitur ex *c. cum Episcopus 7. de off. jud. ord. in 6.* quod enim potest facere quis per se ipsum, hoc potest etiam per alium juxta *reg. 63. in 6.* non quidem quasi posset totum suum officium quilibet iudex, principe inferior, alteri committere, cum hoc non tam esset delegare, quam officio suo se abdicare, & transferre illud in alium, quod sine consensu Principis inferior non potest *l. penult. junct. gloss. V. abdicando. ff. de off. praesid.* sed quod speciales aliquas causas delegare possint. Subdelegare verò potest etiam partibus invitis causam aliquam sibi delegatam, vel illius partem aliquam, absolute, vel sub certis limitationibus, quia a supremo Principe aliquo, majorem non recognoscente, delegatus est, *c. si pro debilitate 3. h. t. & c. cum causam 62. de appellat.* Ita ut si iusta causa aliqua, vel necessitas sub sit, & malitiosè delegatus se subducere non velit, subdelegandum, quamvis majoris dignitatis sit, cogere possit, delegatus supremi Principis, ad acceptandam subdelegationem, sub poenae pro proportione subdelegandi imponendae interminatione; uti habetur in *c. pastoralis 28 h. t.* quia in tali casu sicuti subdelegandus, cuiusvis per se auctoritatis sit, inferior est illo, cuius vices delegatus gerit, ita etiam delegato tali censetur esse inferior, qui superiorem delegantem repraesentat. Haec tamen de subdelegatione à delega-

to Principis facienda, intelligenda sunt nisi ad causam aliquam dijudicandam fuerit electa industria personae, ob causam alicujus arduitatem, aut literarum tenorem, vel consensum partium, prout colligitur ex *citato c. si pro debilitate & ex c. final. h. t. & ex c. is cui 12. eodem in 6.* vel nudum Ministerium, seu mera executio, & nulla jurisdictio illi commissa sit *c. fin. h. t. §. ceterum.*

§. III.

An & quare ratione subdelegare possit delegatus Papa, vel Principis, adjunctis ei aliis iudicibus delegatis, vel cum potestate subdelegandi alteri?

Potest Papa, vel Princeps supremus alius, delegatis jam constitutis, superaddere tertium, vel ex communi consensu partium, vel si consentire non possint, ex officio (cum illius sit, non tam partibus, quam causis & negotiis providere) quidam modo, subdelegare potest alteri, & pro diversitate clausulae adjectae, ut *vel solus, si alteruter conjudicum nolit, aut non possit, vel cum alterutro suorum conjudicum, procedas, solus ipse, vel cum alio conjudice causam cognoscere potest.* Quin imò, si simpliciter causa commissa sit duobus, sine alia clausula adjecta, potest unus ex illis suo condelegato suas etiam vices committere, sive subdelegare, ut habetur statutum in *c. quamvis 6. h. t.* qui tam suo, quam locij nomine, ut delegatus scilicet, & ut subdelegatus collegae sui judicare, & sententiam, non quidem diversam, sed eandem pronuntiare potest. Sicuti tamen subdelegatum admittere non tenetur delegatus alter, si causa duobus cum

clausula commissa sit, quod si ambo in-
teresse non possint, alter solus procedat, sed
per exceptionem repellere eum potest, &
solus procedere, prout sumitur ex *c. coram
dilecto 34. b. t.* cum clausula dicta velit,
solum hunc posse procedere, si alter per
se adesse nolit, ita etiam subdelegatus sub-
delegare non potest juxta *c. super quastio-
num 57. §. si vero h. t.* cum nullibi repeta-
tur in iure, et si subdelegato subdelegandi
concessa licentia.

§. IV.

*An, & quando delegatus ab infe-
riore iudice ordinario subdelegare
possit?*

Delegatus ab alio, quam à Principe
nullum superiorem agnoscente, sive
ab inferiore iudice ordinario, ab Episcopo
v. g. subdelegare, sive causam sibi
committam regulariter, & ordinariò al-
teri committere non potest, uti constat
ex *c. cum causam 62. de appellat.* (neque
etiam delegatus plus juris habet, quam
ipsi vel à lege, vel ab homine commis-
sum sit, nullibi autem legitur, hæc sub-
delegandi concessa illi potestas, & ab
homine tantum illi est concessa facultas
exercendi jurisdictionem, sub qua non
venit subdelegandi potestas) nisi ad
universitatem causarum delegatus sit
(qui quasi ordinariam jurisdictionem
habere censetur, & consequenter unam
vel alteram causam, vel causæ articulum
subdelegare potest. *l. 1. §. ab eo. ff. quis &
à quo appelletur junct. glos. v. non ipse, &
gloss. fin.*) vel nisi à iudice ordinario
hæc ipsi subdelegandi potestas, tacitè
vel explicitè ipsi concessa fuerit juxta gloss.
in *c. is cui 12. V. per alim. h. t. in 6.* (ut sic
enim delegatus non tam ex sua, quam

delegantis persona delegat, ad quem
etiam appellatio fieri debet, si quæ sit in-
terponenda) neque huic tam è etiam dele-
gato aut subdelegato cui una tantum cau-
sa dijudicanda concessa est, negari debet,
quòd non possit post cognitam causam,
& pronuntiatam sententiam, alteri exe-
cutionem sententiæ, sive nudum mi-
nisterium executionis committere, cum
taliter exequens sententiam non tam
agat, ut iudex, cui jurisdictionis competit,
quam à delegato tali accipere non potuit,
sed agat præcisè, ut purus minister dele-
gati, aut subdelegati.

S E C T I O II.

De iis, quibus delegari potest.

§. I.

Qui possint esse iudices delegati?

Ordinariè & regulariter, qui iudices
Ordinariè esse possunt, possunt etiam
esse delegati, & hinc communiter dicitur,
omnes esse posse iudices delegatos, qui nec
naturæ, ut surdi, muti, perpetuò furiosi,
impuberes &c. nec jure, ut infames &c.
nec consuetudine excluduntur, prout
excluduntur forinæ, servi &c. imò de
jure Canonico delegatus iudex esse
non potest, qui vigesimum ætatis annum
nondum implevit *c. qui vicissimum 41.
h. t.* nisi à Principe dispensetur, aut par-
tes consentiant in eum, qui saltem 18.
annum excesserit, nec potest esse, hoc
ipso jure prohibète in causis judicialibus
sedis Apostolicæ, aut Legatorum ejus de-
legatus, vel subdelegatus, nisi sit in ali-
qua dignitate ecclesiastica aut Personatus
constitutus, vel Canonicus ecclesiæ Ca-
thedralis.

zedralis, sive secularis hæc sit, sive regulatis, sive præbendam ille habeat, sive non habeat *c. statutum 11. de rescript. in 6.* Episcopi verò, vel alterius inferioris ordinarii delegatus esse potest simplex Clericus juxta *gloss. in citatum c. statutum V. sedis Apostolica.* Modò sint personæ discretæ, & idoneæ, ut loquitur *c. si pro debilitate 3. h. t.* sive sint subditi delegantis jurisdictioni, sive non sint subditi, modò causa ad delegantis jurisdictionem pertineat (& hinc causæ Ecclesiasticæ, decimarum *v. g.* juris Patronatus &c. non laicis, sed clericis committuntur) quorum omnium rationes esse possunt, quòd pro sedis Apostolicæ dignitate alii delegati non sint admittendi, & causarum ratio laicis non committenda, diversitatem quidem aliquam delegatorum requirat, non autem subjectionem, nisi invitum compellere velit.

§. II.

An pluribus iudicibus eadem causa simul delegari possit, & quomodo procedere debeant?

Posse hoc fieri, ita ut non habeant singuli jurisdictionem in solidum, neque unus sine altero validè procedere possit, nisi aliter in forma concessionis sit expressum, *exc. causam 16. h. t.* patet quòd si tamen in forma commissionis in clausula expressum sit: *ut si nequeant, aut nolint omnes interesse, duo vel unus eam cognoscant, & exequantur:* duo vel unus procedere possunt, ad causam dijudicandam & ferendam sententiam, si per certum nuntium, aut aliunde illis legitimè constitit (per testes scilicet aut submissas literas) quod tertius vel alii adesse

non possint aut nolint, prout habetur in *c. prudentiam 21. h. t.* si verò sub ea clausula commissio facta sit, *ut omnes, aut duo vel unus eorum procedant, aut mandatum exequantur,* tum censetur quilibet eorum habere jurisdictionem in solidum, daturque inter eos locus præventioni, ita ut etiam unus solus, qui alios prævenit, negotium commissum expedire possit; & negotio cæpto alii amplius immiscere se non possint, nisi qui causam hanc præoccupaverat, subitâ infirmitate, aut aliâ justâ causâ impeditus, non possit, vel etiam malitiosè non velit in causa procedere, ut habetur in *c. cum plures 8. h. t.* ratio horum est, quod ut sic servetur forma mandati, & negotia citius expediantur cum nullius injuria.

§. III.

An una causa delegata etiam pluribus possit subdelegari?

Qui subdelegare possunt, possunt vel omnes simul, si plures delegati fuerint, vel unus eorū unam causam sibi delegatā pluribus personis tamè idoneis, subdelegare, ut constat *exc. cum te 18. h. t.* ita ut, taliter à delegatis subdelegati in sententia ferenda inter se dissentiant, standum sit sententiâ majoris partis; vel si non habeatur major pars in sententia ferenda, sed quilibet subdelegatorum suam peculiarem sententiam habeat, recurrendum sit ad subdelegantem *argum. c. fin. de sententia & re jud. nisi* in totum vices suas subdelegatus commiserit subdelegans, quo in casu ad primum seu delegantem recurrendum est.

SECTIO III.

De causis, qua delegari possunt, & de forma seu modo delegandi.

§. I.

Quæ causæ delegari possunt, vel non?

OMnes illæ causæ, quæ ad ordinariam iurisdictionem delegantis pertinent, delegari ab his possunt, non autem illæ, quæ sunt alienæ iurisdictionis; sicut enim illas, non autem has potest iudicare per se, ita potest illas etiam, non autem has alijs iudicandas ex nomine suo committere, quin imò non tantùm ea, quæ iurisdictionis sunt, sed etiam ea, quæ sunt ordinis, delegari possunt, dummodo is, cui demandantur, competentem ordinem habeat, cum potestas ea exercendi, quæ sunt ordinis, non ex sola verbali commissione, sed ex reali consecratione dependeat.

§. II.

An causæ meri & mixti imperij delegari possint?

Quamvis putent aliqui discrimen ali-quod esse inter jus civile, & jus Canonicum, quoad delegationem mixti, & meri imperij causarum, ita ut iuxta sacros Canones velint universim omnes causas utriusque imperij delegari posse, non autem iuxta jus civile, probabilius tamen putant alij, nullum inter utrumque jus discrimen esse, & delegari de jure scripto regulariter non posse meri & mixti imperij causas; delegationem autem, quæ à jure Canonico circa quasdam meri aut mixti

imperij causas fit, specialem tantùm esse, ob specialem aut fidei favorem, aut irregularitatis periculũ concessam. Quidquid tamen sit de iure scripto, hodie ex generali consuetudine indistinctè omnes causæ meri & mixti imperij delegari solent, etiam capitales, ut testantur *Iulius Clarus, Wesenbecius, alique*, ita ut illis etiam, quibus subdelegandi potestas convenit, has omnes sibi delegatas, criminales etiam, subdelegare conveniat, nisi appareat personæ industriam fuisse electam, quam putant aliqui semper in causis criminalibus commissis & delegatis electam, ut in praxi nunquam hæ causæ subdelegari possint, ob earum arduitatem; ex quo capite etiam nunquã censetur, in generali concessione totius iurisdictionis civilis & criminalis etiam cum merito & mixto imperio à Principe facta, eas etiam causas concessas esse, quæ ad primum gradum meri & mixti imperij pertinent, iuxta regulam *iuris* 18. in 6. quæ autem in specie ad utrumque hoc imperium pertineant, infra dicetur, *tit. 31.*

§. III.

De causis delegatis ratione Dignitatis, vel officij, non persone.

Cui facta est causarum etiam Summo Pontifici reservatarum commissio, sive voluntariæ, sive contentiosæ iurisdictionis illæ sint, ratione officij sui ordinarij, aut dignitatis, ita ut hæc potestas perpetuò annexa sit officio tali aut dignitati, potest eam nõ tantùm in casibus particularibus, sed generaliter etiam alteri committere, nisi electa fuisset personæ industria; aut magnis adminiculis negotium illud opus habeat, prout sumitur *ex c. ult. de off. iud. ord. junct. gloss. V. casibus*

casibus; quia taliter concessa Dignitas, aut officio potestas conferitur non tam delegata, quam ordinaria, quæ delegari potest. Quod ipsum etiam dici debet de commissione facta alicui nudi cuiusdam ministerij, aut solius executionis, quæ delegari quidem non potest, si personæ facta sit, delegari tamen potest, si officio, aut Dignitati facta sit.

§. IV.

Quæ formâ, & modo fieri possit vel debeat delegatio?

Quod modus delegationis, quæ communiter etiam formam appellant, in procedendo à Iudice delegato observandus, varius esse possit, ex dictis jam patet: sicuti autem modus hic præscriptus diligenter, & necessariò, non tantum à Iudice delegato, sed etiam subdelegato observari debet, ad valorem processûs, juxta *c. cum dilecti 32. rescript*; & *l. diligenter 5. ff. mandati*. ita etiam non semper annullatur processus, v. g. vel collatio, etiam si forma præscripta observata non fuerit, casu quo scilicet non tam à delegante nova forma præscribitur, quæ plerumq; processui substantialis habetur, sed eius tantum formæ, quæ à jure communi requiritur, mentio fiat, ita ut magis habeat speciem commotionis, quam substantialis formæ clausula talis: & hinc etiam si delegetur v. g. Cajo potestas conferendi certi beneficii Titio, si idoneus sit, collatio tamen valida erit, etiam si non est ex mente juris communis, substantialis, sed tantum accidentalis. Quod si tamen ad eosdem Iudices in eadem causâ diversæ literæ impetratæ sint, quæ sibi invicem quoad substantiam contrariantur, neque

Compend. Pinning.

ulla in posterioribus priorum fuerit facta mentio, suspensa manet utriusq; rescripti talis executio, donec Summus Pontifex consulatur, & de mente illius certior habeatur notitia *c. sanè 2. h. t.* ne fiat alicui præiudicium.

§. V.

De interpretatione, & probatione mandati delegantis.

Non tam verba, quam mens delegantis respicienda est in literarum commissionis explicatione: & hinc talia mandata nõ explicanda sunt, ut alteri præiudicium inferatur, ita ut improprie potius verba accipienda sint, quam ut alteri fiat præiudicium, (nisi expresse, & cum derogatione juris alicui fiat commissio) licet motu proprio literæ illæ emanarent, & agatur tantum de jure ad rem alteri adimendo: neque excluduntur exceptiones legitimæ ac rationabiles, etiam si in forma mandati iubeatur Iudex delegatus procedere, & iudicare, nullâ exceptione admittâ (non enim per mandata talia generalia vult tollere juris ordinem, & graviter juri partium præiudicare, princeps delegans; sed de illis tantum irracionabilibus, & frivolis exceptionibus talis clausula intelligenda est, quæ tantum ad morandum iudicium interponuntur, si tamen adjecta clausula diceret, nullam quantumvis rationabilem exceptionem admittendam, servanda esset forma mandati talis, & nulla admitti deberet exceptio, cum constet de voluntate Principis delegantis, qui ex plenitudine potestatis derogare potest juri communi, præsertim si alia media sint partibus Cappellationis. v. g. implorationis officij

officij &c.) quibus se defendere possint.

Vt fides delegato Iudici habeatur de accepta potestate, & parendum illi sit necessarium, debet in forma authentica delegationis suæ mandatum exhibere, vel aliter certam illius fidem facere (per exemplum. v. g. ex originali auctoritate legitima desumptum, per testes) si hoc ab illo petatur, *c. cum in iure 31. h. t. & c. cum contingat 24. de rescripti.* (neque enim factum, vergens in præjudicium alterius, præsumi debet, sed probari) ita ut concessa per delegatum, qui non probavit legitimè suam delegationem sive commissionem, quamvis exhibitio & probatio talis petita fuerit ante litem contestatam, sit ipso iure nulla, tanquam facta à non habente iurisdictionem legitimam.

SECTIO. IV.

De officio & potestate Iudicis delegati.

§. I.

De potestate iudicandi, & puniendi concessâ iudici delegato.

Quod possit ipse Episcopus etiam, contra quem iudex delegatus datus est, ab habente iurisdictionem in Episcopum talem, quamvis ille non sit de iurisdictione ordinariâ delegati, in causa delegata, rebellis haberi, & contumax, ac secundum qualitatem delicti, & personæ circumstantiam, à iudice delegato puniri (per sententiam. v. g. suspensionis, interdicti, in totam etiam civitatem Episcopalem, vel diocesim po-

siti, si alium temporalem dominum non habeat *arg. c. si sententiam 16. de sens. ex. com. in 6.*) *ex c. 2. sanè b. t.* habetur, cum in tali casu delegatus, qui vices delegantis Papæ v. g. agit, sit superior illo, contra quem delegatio facta est: & hinc non facile contra delegatum à Pontifice, si in possessionem mittere velit aliquem, vel suæ commissionis, violenter agere debet Episcopus, quamvis sciat, illum in possessionem mittendum, legitimè institutum non esse, sed precibus tantum apud hunc delegatum instare potest, ne talis immisio fiat, priusquam de toto negotio consulari Pontifex *c. si quando 8. h. t.* quin etiam in omnes illos potestatem suam exercere potest, qui iurisdictionem sibi delegatam, & causæ processum impedire, vel turbare volunt, quamvis in mandato seu delegatione, de his expressum nihil sit, ut constat *ex c. 1. h. t. junct. gloss. in casu & partes contumaces*, si citatæ contumaciter comparere nolint, punire, & excommunicare juxta *c. prater ea 5. h. t.* possit; cum commissa causâ censeatur etiam alia commissâ, quæ ad causæ talis expeditionem pertinent, & hinc ipse etiam delegati erit, nuntios, ministros, aliosque officiales, ad causæ suæ expeditionem constituere; neque enim ut sic excedere mandati fines dicendus est delegatus, cum ille, qui mandat Principale, causæ scilicet expeditionem, necessarium etiam mandare censeatur annexa, & accessoria ad causam expediendam requisita gloss. fin. in *rel. c. prater ea*, nisi specialem commissionem requirerent, aut aliter essent iurisdictionis, ad causam delegatam nihil pertinentis; quod ipsum etiam de subdelegatis legitimè dicendum est.

est, prout sumitur ex *c. literis 29 h. t. ne* jurisdictione illi subdelegata inuulsi sit, & frustratoria.

§. II.

Quomodo Iudex delegatus procedere debeat in certis quibusdam causis delegatis?

Casu quo coram delegato probatur, auctorem in hac causa, qui delegationem impetravit, ante delegationis impetrationem excommunicatum jam fuisse, procedere non potest delegatus, quia rescriptum tale ab excommunicato ad iudices delegatos impetratum, nullum est *c. i. de rescriptis in 6. si* verò probetur, quòd post delegationis impetrationem incurrerit excommunicationem, tum absoluitur à Delegato, ut agere possit, si propter causam sibi commissam excommunicatus sit: si verò propter aliam causam excommunicatus sit, ad eum pro absolutione remittatur, qui eum excommunicavit, qui si malitiosè absolvere eum non velit, delegatus Papæ eum absolvat, nisi sit excommunicatio Papæ reservata, juxta *c. prudentiam 21. §. 6. h. t.* ob rationem scilicet supra allatam commissi principalis & annexi: de quo casu uti & de alijs vide *c. de consultationibus 10. c. consuluit 24. & c. pastoralis 28. h. t.*

§. III.

De potestate exequendæ, quæ competit iudici Delegato, & de tempore, intra quod fieri debet executio.

Delegatus à Summo Principe vel Papa potestatem habet, latam à se sententiam eam exequendi, per se, & pro-

prios ministros, vel per alium, ita ut eam etiam executione committere & demandare possit ordinario iudici, & tam hunc nolentem, quam alios suæ executioni obistentes cogere, & punire possit, si parere, aut desistere nolint. *c. significasti 7. h. t.* (cùm sit his omnibus in ordine ad causam sibi commissam superior) & parere debeat constitutus executor (si tamen merus executor sit, & nudum illi exequendi ministerium demandatum sit) quamvis sciat, injustam sententiam esse contra jus partis v. g. uti habetur in *c. pastoralis 28. §. quia verò h. t.* non autem si sciat, nullam illam esse, latam v. g. auctoritate falsarum literarum & c. cùm huic tali executori nulla cognitio, sed sola executio sententiæ concessa sit, quæ si valida sit, qualis est etiam injusta sententia, à tali executore debet mandari executioni, ut sit litium finis) nisi pars læsa, remedium debitum interponendo, executionem impediatur; ad quæ omnia facilius expedienda potest Delegatus Pontificis brachium etiam Episcopale, aut sæculare, in subsidium invocare (extraordinarium hoc medium arripendo, si nullum ordinarium remedium, coercendi v. g. contumaces per censuras & c. super sit) vel armata etiam manu executionem urgere, si aliter eam obtinere non possit. Habet autem à Papa delegatus integrum annum (continuum scilicet, qui semper currat etiam diebus feriatis) ad exequendam sententiam à se latam, uti constat ex *c. quarenti 26. h. t.* intra quem, si condemnatus paulo post executionem factam iterum turbat illum, qui in causa vicit, potest Delegatus jurisdictionem reassumere, ad hoc, ut compellat

pellat reum, ad executionem integrè, & stabiliter perficiendâ *juxta gloss. hic V. ad integrum annum*. Et quamvis aliqui putent, delegatos ab inferioribus ordinariis iudiciis, ab Episcopis v. g. hanc executione sententiæ, à se latæ potestatem non habere, ob aliquos juris civilis textus, rectius tamen putant alii de jure civili hoc quidem non licere, ob clarum textum legis *dicto Pio ff. de judiciis*, licere tamen hoc de jure canonico, prout sentit etiam *gloss. in c. si quis 4. V. ipsius sollicitudine, de foro competente*, cui enim causa commissa est, sententur commissa omnia, quæ ad expediendam & finiendam illam causam requiruntur, nisi specialiter, & expressè aliquid reservetur; attendenda tamen in hac re controversa consuetudo, ac mandati verba.

§. IV.

Quando, & ubi, sive quo in loco delegatus suam jurisdictionem exercere possit, vel debeat?

Non habet delegatus suæ jurisdictionis exercitium aut vim ullam, nisi postquam ei præsentatum fuit delegationis mandatum, prout sumitur ex *c. super ea. 12. de appellat.* ita ut nullum sit, si quid egerit ante rescripti talis præsentationem, quamvis privatim sciat delegationem, sibi factam in tali casu fuisse, ad multa scilicet incommoda, & confusiones cavendas. Neque potest sine expresso consensu partium in alio loco causam cognoscere, si certus illi locus ad cognoscendum determinatus sit *c. statutum 11. de rescriptis in 6.* nisi potentia aut malitia adversarij, contra quem procedi debet, aut alia

rationabilis causa impediatur, quo minus securè mandatum exequi possit delegatus in loco sibi demandato, prout habetur in *c. statutus 13. h. t. in 6.* ita tamen, ut in hoc posteriore casu consensus partium intervenire debeat, qui requiritur ad prorogandam jurisdictionem delegati de loco in locum, ut advertit *glossa hic in notatis*: & cum certus locus deputatus sit in mandato delegationis ob favorem partium, possunt huic favori suo renunciare.

SECTIO V.

De appellatione in causis delegatis.

§. I.

An, & quomodo appellari possit à iudice subdelegato, vel ab Auditore?

Appellari potest à iudice subdelegato, cui causa, vel pars causæ cognoscenda commissa est, non autem à mero Auditore, cui nudum tantum ministerium commissum est *c. super questionum 27. h. t.* cum enim appellatio fieri debeat à iudice gravante, consequenter non ab hoc modo execute, qui iudex non est, appellari potest (nisi mandati fines excedat, aut ne detur, iusta ex causa recusetur) potest tamen ab illo iudice subdelegato, appellari, si tamen delegatus Papæ cum clausula, *appellatione remotâ*, datus, subdelegatus causam, non quidem in totum, sed partem illius aliquam tantum, non poterit pars à delegato tali appellare, eo quod sine consensu partium subdelegatum dederit; poterunt tamen partes, si iusta causa recu-

sandi

fandi huius adfit, recusare illum coram iudice delegato, à quo, si recusantem iusta de causa audire non velit, ad Papam appellari potest, qui enim utitur iure suo, prout hic delegatus subdelegans, non gravat alterum.

§. II.

Ad quem appellandum sit à iudice delegato, aut subdelegato?

Appellationem in his causis delegatis fieri debere à delegato ad delegantem, iura civilia expressè afferunt & si delegatus Papæ, subdelegavit, ad delegatum subdelegantem de iure canonico fieri appellatio debet, nisi totam causam alteri subdelegerit, nullam sibi circa eam jurisdictionem reservando, quo in casu ad primum delegantem appellari debet, ex c. super questionum 19. §. porro h. t. patet: cum enim in posteriore casu nihil jurisdictionis in causa tali delegatus sibi reservaverit, consequenter per factam delegationem tota illius jurisdictione in tali causa extincta est, quæ manet in eo, qui non totam causam subdelegavit, & consequenter appellatio in hoc casu fieri potest, ad proximum subdelegantem, non autem in illo, prout etiam sumitur ex c. cümto 18. h. t. quæ tamen constitutio extendenda non est ad delegatos inferiorum Prælatorum subdelegantes, à quibus appellari potest immediatè, quocunque intermedio omisso, ad Summum Pontificem. In casu verò, quo duobus v. g. à Papa causa aliqua delegata fuit, cum clausula *appellatione remota*, & unus eorum alteri condelegato vices etiam suas commiserit, prout fieri posse ex dictis iam patet, non potest hic, cui vices suas

alter commisit, procedere, appellatione remota, nec alteri subdelegare, ut habetur in citato c. super quest. §. si verò: cum enim in hoc casu iam non procedat tantum ut delegatus Principis, sub qua qualitate appellatione remota, procedere posset, & subdelegare, sed procedat etiam ut subdelegatus à locio condelegato, ab hoc autem potestatem, appellatione remota, procedendi, aut subdelegandi accipere non possit, consequenter neutrum potest, & si appellatio fiat, non ad condelegatum, qui totam causam & potestatem suam alteri condelegato commisit, facienda est, sed ad primum delegantem.

§. III.

Quibus casibus à subdelegato, ad iudicem primum delegantem, & non ad subdelegantem sit appellandum?

Sunt aliqui casus, in quibus à subdelegato, quamvis ei non tota causa commissa sit, appellari non potest ad immediatè subdelegantem, seu delegatum; & primò quidè, si post subdelegationem cum certæ jurisdictionis reservatione factam moriatur, aut excommunicetur (excommunicatione majore) delegatus à Romana sede, qui subdelegavit, uti habetur c. si is cui 10. h. t. in 6. quo in utroque casu, ne diutius expectandum sit, usque dum v. g. alius substituitur, aut excommunicatus absolvatur, appellatio ad Romanum Pontificem fieri potest. Quod fieri etiam potest in casu, quo delegatus subdelegans plurimum distet, diu absit, delegatus sit suspectus, & universim si diuturnum aliquod impedimentum delegatum impediatur. Secundò si plurium dele-

delegatorum à sede Apostolica aliqui partem tantum causæ subdelegaverint aliis, quo in casu non jam ad delegatos subdelegantes, sed ad primam delegantem Pontificem scilicet appellandum est, *c. si duo 3. h. t. in 6.* cum enim appellatio fieri debeat ad superiorem, nullus autem delegatorum, respectu alterius, ab eadem sede, in eadem causa, delegati sit superior, consequenter in nullo casu ad parem condelegatum fieri potest appellatio, sed à dignitate delegantium desumi debet, ad quem fieri debeat appellatio. Tertiò si excipiat contra delegatum, partem causæ subdelegantem, quòd jurisdictionem non habeat, eo quòd v. g. mortuus fuerit Papa delegans prius, quàm causa commissã per delegatum cœpta fuerit, in hoc enim casu non ad delegatum, qui negatur habere jurisdictionem, sed ad primum delegantem appellari debet, *c. si à subdelegato 14. h. t. in 6.*

§. IV.

An delegatus Papæ absolvere possit eum, qui dicit ab ordinario se suo injuste excommunicatum esse, vel post legitimam appellationem?

Responso ex *c. cum contingat 36. h. t.* repetenda, ubi duæ ad hanc rem spectantes dantur regulæ; prima est quod conquerens se injuste excommunicatum esse, & negans etiam validè latam esse excommunicationem, absolvi ante omnia debeat juxta formam Ecclesiæ, præstita scilicet cautione, quòd Ecclesiæ mandatis sit pariturus (cum enim excommunicatio injusta quidè, non tamen nulla saltem in foro externo legit, consequenter

ab ea absolvi prius debet reus quàm probationes de injusta hac excommunicatione proferat, ut audiri postmodum possit, si injustam fuisse excommunicationem probare velit) nisi statim probare velit contraria pars latam eam fuisse propter notoriam contumaciam. Secunda regula est, quòd recipi debeant statim, antequam nulla declaretur excommunicatio, de nullitate illius, si pars opponat latam in se fuisse excommunicationem post legitimam appellationem interpositam, aut quòd in ea ferenda intolerabilis error expressus sit, si enim probat invalidam fuisse, tum nullã abolutione opus est, cum nulla fuerit ligatio, nec in interno, nec in foro externo, pro quo tamen ligatus est, qui injustam tantum sui excommunicationem præterdit.

SECTIO VI.

De prorogatione jurisdictionis Iudicis delegati, & ejusdem recusatione.

§. I.

De prorogatione, sive extensione jurisdictionis delegata.

Respondetur primò, quòd jurisdicção delegata prorogari non possit, sive extendi ad personas in rescripto non expressas, etiam de consensu partium, ut constat ex *c. P. & G. 40. h. t.* (cum enim strictæ explicationis sit rescriptum delegationis, & quidem juxta mentem delegantis, consequenter nullam licet partibus pro suo placito facere extensionem

nem) nisi personarum non expressis in rescripto delegationis, per accidens, sive accessorie veniant, ob proprium interesse, quod in causa delegata habent, vel nisi sit delegatus aliquis ad universitatem causarum, in quo utroque casu prorogatio ad personas fieri potest; In illo quidem casu, quod non possit causa legitime, & integre expediri sine hac prorogatione ad personas, quatenus interesse agitur in causa delegata; in hoc vero casu, quod delegatus ad universitatem causarum jurisdictionem quasi ordinariam habeat, quae ex omnium sententia ad personas etiam prorogari potest.

Respondetur 2. jurisdictionem delegatam extendi, seu prorogari non posse de re ad rem, sive de causa expressa in rescripto delegationis, ad causam non expressam, si haec connexa non sit, sed separabilis a causa expressa. *c. cum olim 32. h. t.* ob strictam scilicet rescripti talis interpretationem. Censentur autem connexa & inseparabilia a casu expresso, quae necessario etiam in cognitionem venire debent, si causa integra expedienda committatur, ut si alicui commissio fiat, ut de illata injuria, damno, spoliatione, &c. cognoscat, ille etiam partem laedentem compellere potest ad restitutionem, satisfactionem, &c.

Respondetur tertio, quamvis in substantialibus delegationis non possit fieri prorogatio (de persona in personam, de causa in causam, ut ex dictis patet) potest tamen ea fieri in accidentalibus quibusdam de loco in locum, de tempore in tempus, & de quantitate in quantitatem cum partium consensu, modo appareat, quod restrictio delegationis ad certum

locum, certum tempus &c. facta fuerit in favorem partium, cum favori pro se introducto quilibet cedere possit. *c. de causis 4. h. t. c. statutum 11. §. in nullo, de rescript. in 6.*

§. II.

De recusatione judicis delegati.

Recusari potest iudex delegatus, sive unus, sive plures delegati fuerint, si probabilis suspicio, seu causa recusandi afferatur *c. suspicionis 39. h. t.* ut si delegatus sit dominus adversarii, cum quo litigare aliquis debet, tum enim, ut suspensus, recusari potest *c. causam qua 17. h. t.* vel si post litem contestatam factus sit adversarius domesticus, vel familiaris iudicis delegati *c. insinuante 25. h. t.* vel si iudex delegatus sit de familia adversarii, si enim dominus recusari potest, tota ejus familia reculari potest ob affectum familiaritatis *c. literas 14. de praesumpt.* vel si sit sanguine junctus adversario *c. postremo 17. de appellat.* quod si autem ob legitimam causam iudex delegatus a Pontifice, vel supremo Principe, ut suspensus, recusetur, tum ex consensu partium arbitri eligendi sunt, qui probationes recipiant, deque tota causa recusationis cognoscant, per potestatem ipsis a jure concessam, prout statuitur in *c. suspicionis 99. h. t.* (ut ne praesumptioni, quod noceat parti recusanti, locus relinquatur, si iudicet ipse, sua num sit in tali casu jurisdicatio) nisi causa recusationis sit in jure expressa, aut aliis indubitata, seu notoria, aut manifeste injusta, & frivola; in talibus enim casibus nulla arbitrorum electio est necessaria, sed ipse iudex reculatus potest delegationem ta-

lem

lem, aut recusatione rejicere. Si tamen plures à Pontifice aut supremo Principe judices delegentur, cum clausula, quòd *si omnes non possint, unus etiam eorum in causa procedat*, & contra unum aliquem delegatorum legitima causa recusationis obijciatur, cum illa coram altero conjudice non recusato (ad quem ex vi prædictæ clausulæ ipsius causæ cognitio pertinet) probari & expediri ab hoc debet, prout habetur in *c. si contra 4. h. t. in 6.* sicuti etiã arbitris opus non est, si recusetur ab inferiore judice, Episcopo v. g. judex delegatus, quo in casu ad ipsum delegantem recurrendum est, cujus est cognoscere causam recusationis à se delegati, uti etiam *Glossa* docet in reiacum *c. v. idem*: nisi ob distantiam nimiam, Episcopi v. g. recusatio ad arbitros, aut Vicarium generalem videretur deferenda, ad parcendum nimie moræ, aut sumptibus, aut nisi ipse etiam Episcopus suspectus recusari possit.

§. III.

Alia quadam assertiones circa recusationem judicis delegati proponuntur.

Non tantum ipsæ partes litigantes, sed etiam tertius interveniens, cujus causa talis interest, recusare judicem delegatum, aut suspectum potest *c. cum super 23. h. t.* ex quo *c.* etiam habetur triplex recusandi judicis, tam ordinarii, quam delegati causa. Prima est, si quis licentiam judicialem habet cum ipso tali judice; ex licibus enim oriuntur inimicitie. Secunda est, si judex signum benevolentie, seu amicitie alicui denegat, quale tamen aliis ejusdem conditionis & status hominibus exhibere solet, præsumitur

enim in tali casu inimicitia aliqua. Tertia denique causa est, si judex alicui minatus sit, quòd occasione oblatâ nocuentum illi sit illaturus, aut de eo se vindicaturus, neque enim ille tantum inimicus habetur, qui actu infert injuriam, sed etiam ille, qui inferre eam conatur.

Circa hanc tamen recusationem advertendum adhuc primò, si delegatus à Pontifice prius, quam recusetur, causam in totum subdelegavit, recusari ulterius, aut subdelegatio ab eo facta impugnari non potest, si tamen jurisdictione suã uti jam cepit subdelegatus, cum enim causa suspicionis ad reculandum delegatum ipsam tantum personam concernat seu afficiat, consequenter nihil hæc ad subdelegatum pertinebit; & consequenter nec delegatus, qui jam omnem causam à se amovit, in subdelegatum transferendo, nec ipsa subdelegatio, quæ legitimè facta fuit, nec subdelegatus denique, circa quem nulla causa recusationis habetur, recusari, aut impugnari potest. Si verò delegatus talis partem tantum aliquam, seu articulum tantum aliquem causæ sibi commissæ delegaverit alteri, de jurisdictione sibi delegata aliquid sibi reservando, recusari potest, & commissio ejus impugnari, cum enim in hoc, quod sibi retinuit, adhuc judex sit, consequenter non minus, quam alius judex recusari poterit, prout sumitur ex *c. judex 5. h. t. in 6.* ubi etiam habetur, quòd post propositam causam recusationis possit tamen judex delegatus, si pars recusans consentiat, vices suas alteri committere, etiam si causæ recusationis probatæ sint, modò non sit supra iis pronuntiatum; cum enim ante sententiam

recu-

recusationis latam nondum sit omnino extincta delegati jurisdictione, sed suspensa tantum, & impedita, consequenter in causa sibi commissa ulterius procedere non potest, ac subdelegare, nisi pars recusans consentiat; quod nec consentiente parte facere potest, si contra eum pronuntiatum jam sit, cum ut sic omnino extincta sit illius jurisdictione, quam partes litigantes dare non possunt.

Advertendum secundò, quòd non tantum iudex delegatus suspectus, sed etiam locus recusari possit, si pars citata ad eum securè accedere non possit, propter inimicitias v. g. tam privatas quam publicas civitatis cum civitate, prout sumitur ex *c. cum Raphael 35. h. t.* (quia ut sic gravatur pars in obtinenda iustitia, & potest pars gravata petere, ut sibi iudex in securo loco detur; quamvis enim, si utraque pars presentens in curia sit, non detur iudex ad unius tantum partis instantiam, nisi altera etiam consentiat; in casu tamen absentis partis datur uni iudici delegato, modò adversa pars non contradicat.

Advertendum tertio, audiendum eum non esse, qui delegati literas ad delegantem datas aperit, de falsitate suspectus, si postea falsas eas probare velit, prout sumitur ex *c. cum olim Magister 3. h. t.* ut in eo ipso puniatur, ut ait Pontifex, in quo peccavit, & ex proprio dolo non ferat commodum,



Compend. Pirhing.

SECTIO VII.

Quibus modis officium, & potestas iudicis delegati finiatur.

§. I.

An, & quomodo finiatur potestas iudicis delegati per sententia executionem, vel si pronuntiet jurisdictionem sibi non competere in causa, aut per lapsum temporis.

Cessare officium, & potestatem iudicis delegati, si sententiam executioni mandavit, aut alteri exequendam commisit, habetur in *c. in literis 9. h. t.* (cum in tali casu omni suo officio functus sit) ita ut sive bene, sive malè iudicaverit, non possit iterum in eadem causa absque nova commissione iudicare, arg. *c. si compromissarius 37. §. si verò h. t. in 6.* nisi sit delegatus ad universitatem causarum Ecclesiasticarum, qui æquiparantur ordinariis.

Cessat secundò iudicis delegati, quoad causam delegatam, potestas & officium, si interloquendo pronuntiat ipse, nullam sibi jurisdictionem in tali causa principali competere (ed quòd v. g. rescriptum delegationis sit subreptitium) quamvis enim talis sententia definitiva non sit, cum non decidat causam principalem, vim tamen habet definitiva, & per eam extinguitur potestas delegati, sive malè sive bene pronuntiaverit, nisi intra tempus competens à tali sententia fuerit appellatum, quia per appellationem extinguitur

guitur sententia, quasi lata non fuisset, juxta *o. cessante. 60. de appellat.*

Cessat tertiò jurisdicção delegati judicis, si causa ad certum tempus, intra duos vel tres menses v. g. decidenda, commissa fuit, tempus tamen elapsum est, antequam causa decideretur, nisi terminus præfixi temporis in favorem partium, communi consensu partium fuerit prorogatus, *c. diocesis h. 2.* limitata enim talis forma commissionis cum sit, consequenter limitatio illius observari debet, & possunt tamen partes eam limitationem prorogare, cum in favorem scilicet earum sit addita, nisi à delegatis expressè prohibita fuerit facienda ex partium consensu prorogatio, aut aliunde appareat, terminum non tam in favorem partium, quam ob bonum commune, & publicum fuisse præscriptum. Nihil tamen obest certi temporis limitatio, intra quod decidenda causa sit, si post illud elapsum fieri adhuc possit executio, cum termini illi non tam ad exequendam, quam ad ferendam sententiam præfixi sint.

§. II.

An, & quomodo finiatur jurisdicção, & potestas Delegati judicis morte ejusdem?

Quòd morte ipsius delegati expiret delegatio, si facta hæc sit personæ, proprium delegati nomen exprimendo, committo v. g. hanc causam cognoscendam & decidendam Titio, sentiunt Canonistæ communiter, eo quòd in tali casu videatur electa industria personæ, ad successorem non transiens. Si verò delegatio facta fuit Dignitati, seu sub nomi-

ne Dignitatis, Episcopo v. g. Præposito, Decano hujus Ecclesiæ, morte delegati non expirat jurisdicção, sed ad successorem in eadem dignitate transit, etiam si res adhuc sit integra, & nondum cepta cognosci causa; sicuti enim in priore casu persona, quæ moritur, ita in hoc casu Dignitas electa est, quæ nunquam interit *c. quoniam 14. h. 2.* neque tamen, ut cognoscatur, num delegatio facta sit personæ, aut dignitati, ad sola verba attendendum est, utrum scilicet sub nomine proprio delegati, an sub nomine dignitatis fuerit facta delegatio, sed potius inspicienda est præsumpta voluntas committentis ex variis conjecturis & causæ arduitate, ac circumstantiis colligenda. Quòd si tamen simul proprium nomen delegati & Dignitas illius expressa sit, tibi Petro, Episcopo Compostellano, causam hanc dijudicandam committo, ita ut dubiū esse possit, utrum personæ, an dignitati facta fuerit commissio, si de voluntate delegantis ex aliis conjecturis constare non possit, censenda est hujusmodi commissio esse personalis, sive intuitu personæ facta, & ad successorem non transire, sive præponatur, sive postponatur proprium nomen personæ, nomini dignitatis; universim enim loquendo, per speciem restringitur, & determinatur genus, ergò etiam nomen dignitatis genericum per specificum nomen personæ restringitur, ut ultra personam proprio nomine expressam non extendatur, ac deposita etiam dignitate per resignationem v. g. aut translationem, commissio hæc non extinguatur, sed causa decidi possit ab hoc delegato, etiam si dignitatem adjectam non amplius habeat (nisi ob de-

lictum

si eum dignitate illa privatus sit talis, aut nisi statum impossibile cum dignitate annexa assumpserit) modò tempore delegationis, seu commissionis factæ, capax fuerit hujus commissionis. Si tamen plures ad eandem causam adjudicandam fuerint delegati, & unus eorum moriatur, reliquorum etiam delegatio, & jurisdictio expirat, prout habetur in *c. unus 42. h. t.* cum enim in tali casu omnes simul, & conjuncti procedere jussi sint, & omnes habeantur pro uno, consequenter si unus eorum moriatur, aut ex alio capite jurisdictioe privetur, reliqui nihil amplius poterunt circa causam sibi delegatam, nisi fortassis cum clausula, *si non omnes possint* &c. fuisset commissio facta, ut vivente adhuc altero inchoata causa jam fuisset, vel saltem, qui modò mortuus est, vivens adhuc vices suas alii condelegato commisisset.

§. III.

An, & quando potestas judicis delegati expiret morte delegantis?

SI delegatus ad justiciam, nondum accepit uti suâ jurisdictione, citando v. g. reum, ita ut res adhuc sit integra, expirat jurisdictio illius per mortem tam civilem, quam naturalem delegantis, sive hanc sciat delegatus, sive non sciat, modò publicè non ignoretur. Si verò causa commissa jam cœpta sit, non expirat illa per mortem delegantis, sed perpetuatur, usque dum causa commissa, & jam cœpta, finita fuerit, prout habetur *exc. 9. 20. & 30. h. t.* Neque enim re nondum cœpta efficaciter jurisdictio in delegatum translata fuit *c. quamvis 6. h. t. in 6.* Ad hanc autem perpetuandam in delegato

jurisdictionem, ut per mortem delegantis non expiret, licet sola citatio partium, ante mortem delegantis facta, sufficiat, quamvis ad partem nondum pervenerit, juxta *c. Gratium* non tamen sufficit sola subdelegatio, neque alia ad iudicium præparatio, citationem præcedens, ut est vocare notarium, testes, præcipere, ut citatio fiat, cum actus isti propriè non sint judiciales; qui etiam extra territorium iudicis, & sine causæ cognitione fieri possunt. Quæ autem hætenus dicta sunt de expirante jurisdictione delegati per mortem delegantis, etiam intelligi debent de expirante jurisdictione subdelegati per mortem subdelegantis.

§. IV.

Quibus casibus jurisdictio delegata non expiret per mortem delegantis etiam si res integra sit?

SUNT tamen aliqui casus, in quibus jurisdictio delegata non expirat per mortem delegantis, quamvis res adhuc integra sit. Et primò quidem, si ordinario iudici causa aliqua adjudicanda delegetur, quæ etiam sine tali delegatione jurisdictioni illius ordinariæ subest; in talenim casu, etiam si moriatur delegans re adhuc integra, potest tamen vi ordinariæ suæ jurisdictionis talem causam examinare, & judicare iudex hic, cum in hoc casu mandatam delegationis tantùm fuerit accessorium jurisdictioni ordinariæ, excitans illam ad satisfaciendum officio suo, juxta *c. licet 12. de off. ord.*

Secundò si jurisdictio seu commissio facta sit, nomine sive ratione Dignitatis committentis, ut si expressè dicatur: *Sedes Apostolica tibi hoc committit*; tum sicut ipsa Dignitas nunquam perit, sed

manet, quamvis persona, cui inhærebat, mortua sit, ita etiam delegatio talis per mortem personæ delegantis non expirat, etiam si res adhuc integra sit; plerumque tamen commissiones seu delegationes non à Dignitate, sed à persona procedunt.

§. V.

An mandata, seu commissiones gratia expirent morte committentis, si res sit integra, vel non integra?

Rescripta gratiæ non expirant morte concedentis, licet res integra adhuc sit, si gratia vel beneficium à Principe concessum, & quod decet esse permanent, juxta regulam 16. in 6. sit acceptatum, quales gratiæ factæ sunt plurimæ facultates comunitatibus, aut aliis absolute & indeterminate concessæ, absolventi, v.g. dispensandi, non residendi in loco beneficii &c. imò etiam si nondum acceptatum fuerit beneficium alicui factum, seu facta gratia, non expirat morte concedentis, etiam si nondum coepta fuerit executioni mandari, ita ut executio talis gratiæ fieri possit ab executoribus, nominatis etiam post mortem concedentis. *c. si super 9. h. 1. in 6.* siue meri, siue mixti executores fuerint; si tamen gratia facta nondum est, sed mandatario faciendâ committitur, tum si res adhuc est integra, expirat per mortem committentis, quia facilius impeditur faciendâ, quàm tollatur factum juxta gloss. in citatum *c. si super 7. facta*: & hinc si Pontifex mandat, ut alicui conferatur beneficium, vel cum illo dispensetur, si cognita causâ videatur gratia faciendâ, expirat morte talis concedentis gratia, quæ primùm est faciendâ, si res

moriente concedente adhuc integra sit. Si verò à Papa alicui conferatur beneficium cum commissione ad ordinarium, ut præbenda vacans, aut proximè vacatura conferatur, vel si dispenser cum eo Pontifex, preces tamen examinandas committat ordinario, non expirat gratia talis per mortem committentis, sed præbenda illi vi talis commissionis conferenda est, quamvis prius mortuus fuerit committens, aut preces nondum ante mortem committentis examinatæ fuerint, quia gratia jam facta fuit.

§. VI.

An & quomodo potestas judicis delegati finiatur per revocationem delegantis?

Finiri etiam jurisdictionem delegatam per revocationem ipsius ordinarii judicis, qui eam commisit, si res sit integra, indubitati juris est, siue deinde delegatio facta fuerit ad universitatem causarum, siue ad causam particularem, siue pro foro interno, siue pro foro externo, siue voluntariæ jurisdictionis commissio illa fuerit, siue contentiosæ, cum talis revocans utatur jure suo, & quasi re propriâ. Imò etiam si ceptum sit à delegato iudice iudicium, potest tamen iudex ordinarius causam alteri delegatam ad se revocare (juxta l. 58. ff. de iudiciis junct. gloss. 7. iudicium) non tantùm validè, sed etiam licitè, si iusta causa revocandi subsit; ita tamen ut hæc revocatio vim suam non habeat, nisi fuerit delegato intimata, & literæ v.g. revocationis si fuerint præsentatæ, prout sumitur ex *c. cum contingat 24. de rescript.* sicut enim delegatio vim suam non habet prius, quàm

AA. nisi per privilegium reale, ac perpetuum certo ordini v. g. concessa sit potestas eligendi, ad privilegia v. g. sua defendenda, Conservatorem. Videatur etiam de his Conservatoribus Trident. sess. 14. c. 5. de refer.

TITULUS XXX.

DE OFFICIO LEGATI.

§. I.

Quot sint genera, ac species Legatorum Sedis Apostolicæ:

In triplici differentia sunt Sedis Apostolicæ Legati; alii sunt, & dicuntur, Legati à Latere, Cardinales scilicet, qui à latere quasi Summi Pontificis, cui in rebus arduis, & magni negotii assistunt, mitti solent: alii dicuntur Legati missi, qui à Summo Pontifice ad unam, aliâve provinciam mittuntur, ut officium Legatorum exercent; & quamvis quilibet Clerici hoc modo mitti possint, hodie tamen ordinariè, qui taliter mittuntur, sunt Prælati Ecclesiarum, qui ratione privilegiorum, quæ habent, jam Legati missi sive Nuntii Apostolici cum potestate Legatorum à Latere dicuntur, jam simpliciter tantum Legati missi, seu Nuntii Apostolici appellantur. Alii denique sunt Legati nati, qui Prælatuæ, seu dignitati suæ Ecclesiasticæ, officium, seu munus Legati Apostolici perpetuò annexum habent. Censentur autem omnes isti Legati ordinariam jurisdictionem habere in Provinciis, ad quas sunt deputati, c. 2. b. t. in 6. de quo plura in sequentibus.

§. II.

De jurisdictione, & potestate omnibus Legatis Pontificis communi.

Potestatem Legatorum Apostolicorum tum absolutè, tum quoad extensionem, aut restrictionem, pendere ex voluntate Papæ legantis, certissimi juris est; & hinc legationis suæ literas publicare solent, ubi ad Provincias sibi commissas pervenerint, ut nota sit eorum potestas, nisi Legati nota probitas, vel auctoritas, si Cardinalis sit, saltem quoad ea, quæ in generali officio legati continentur, fidem faciant. Et quamvis in genere officium eorum describatur in c. 2. b. t. in 6. & non tantum regulariter possint in suis Provinciis, quod possunt ordinarii locorum, sive Episcopi hi sunt, sive Archiepiscopi, imò amplius quid possint, cum ipsi etiam Ordinarii eorum jurisdictioni, etiam quoad pœnas subiciantur, non potest tamen Legatus, quamvis à Latere sit, Episcopum transferre ab uno Episcopatu ad alterum, unire sibi invicem duos Episcopatus, aut unum in duos dividere, Episcopos deponere, eorum resignationem admittere, aut alia, quæ specialiter

Papæ

quàm literæ delegationis delegato sint præsentatæ, ita nec revocatio vim aliquam habet prius, quàm literæ revocationis delegato fuerint præsentatæ. Delegatus tamen si totam causam sibi commissam subdelegavit, ita ut nihil in ea jurisdictionis sibi reservaverit, potest quidem re nondum à subdelegato cœpta, eam revocare, cum nondum sit efficaciter, antequam res agi cœpta sit, in subdelegatum translata jurisdictione, non potest tamen ob contrariam rationem eam revocare, si à subdelegato jam cœpta sit, per citationem v.g. uti habetur in c. quamvis 6. h. t. in 6.

S E C T I O VIII.

De Iudicibus Conservatoribus.

§. I.

Quis sit iudex Conservator, à quo dari possit, & quinam esse possint Conservatores?

Conservator de jure communi est iudex delegatus, deputatus ad defendendum aliquos à manifestis injuriis, seu violentiis, seu quocunque damno injusto &c. absque judiciali causæ cognitione; prout constat ex c. 1. h. t. in 6. dari solent taliter Conservatores nonnunquam ad defendendum contra larones & prædones, nonnunquam contra eos, qui privilegia quibusdam concessa violant; nonnunquam contra injurias & offensas manifestas, ut contra eas defendant: sicuti autem dari possunt à solo Pontifice summo, uti colligitur ex c. 1. & c. ul-

timo h. t. in 6. ita alii deputari Conservatores non possunt, nisi Episcopi, aut his superiores, vel Abbates, vel qui Dignitatem aut Personatum in Ecclesia Cathedrali aut Collegiata obtinent, juxta citatum c. ultimum, ubi plura videri possunt, circa Conservatores etiam religiosorum per privilegia specialia sæpius deputandorum, quæ privilegia hæc in re attendi & conservari debent.

§. II.

Quod sit officium, vel potestas iudicis Conservatoris, & quando expirat.

De manifestis tantum injuriis & violentiis factis, seu inferendis cognoscere potest Conservator, si jus commune attendatur, juxta citatum c. primum & ultimum h. t. in 6. ita tamen, ut ad illius etiam cognitionem pertineat, utrum injuria sit notoria, & de hoc probationes accipere possit, (ne nimis facile eludi possit illius potestas) statim tamen ab ulteriore cognitione destitutus, si injuriam non reperiat esse notoriam, neque revocari possit, tanquam suspectus, si modò aliàs sit idoneus, nec ab eo appellari possit (cum de notoriis tantum cognoscat) arg. c. cum sit 5 §. præterea junct. gloss. V. manifesta de appellat. Plura de horum officio & potestate ex relatis juribus, consuetudinibus, & specialibus privilegiis intelligi possunt ac debent. Expirat autem Conservatorum potestas quoad negotia non cœpta per mortem Papæ concedentis (uti habetur in c. ultimo, §. officium. junct. gloss. V. quorumcunque) quoad negotia vero cœpta non expirat, prout à contrario sensu colligunt

AA. nisi per privilegium reale, ac perpetuum certo ordini v. g. concessa sit potestas eligendi, ad privilegia v. g. sua defendenda, Conservatorem. Videatur etiam de his Conservatoribus Trident. sess. 14. c. 5. de refer.

TITULUS XXX.

DE OFFICIO LEGATI.

§. I.

Quot sint genera, ac species Legatorum Sedis Apostolicae.

IN triplici differentia sunt Sedis Apostolicae Legati; alii sunt, & dicuntur, Legati à Latere, Cardinales scilicet, qui à latere quasi Summi Pontificis, cui in rebus arduis, & magni negotii assistunt, mitti solent: alii dicuntur Legati missi, qui à Summo Pontifice ad unam, aliãve provinciam mittuntur, ut officium Legatorum exercent; & quamvis quilibet Clerici hoc modo mitti possint, hodie tamen ordinariè, qui taliter mittuntur, sunt Prælati Ecclesiarum, qui ratione privilegiorum, quæ habent, jam Legati missi sive Nuntii Apostolici cum potestate Legatorum à Latere dicuntur, jam simpliciter tantum Legati missi, seu Nuntii Apostolici appellantur. Alii denique sunt Legati nati, qui Prælatuæ, seu dignitati suæ Ecclesiasticæ, officium, seu munus Legati Apostolici perpetuò annexum habent. Censentur autem omnes isti Legati ordinariam jurisdictionem habere in Provinciis, ad quas sunt deputati, c. 2. b. t. in 6. de quo plura in sequentibus.

§. II.

De jurisdictione, & potestate omnibus Legatis Pontificis communi.

Potestatem Legatorum Apostolicorum tum absolutè, tum quoad extensionem, aut restrictionem, pendere ex voluntate Papæ legantis, certissimi juris est; & hinc legationis suæ literas publicare solent, ubi ad Provincias sibi commissas pervenerint, ut nota sit eorum potestas, nisi Legati nota probitas, vel auctoritas, si Cardinalis sit, saltem quoad ea, quæ in generali officio legati continentur, fidem faciant. Et quamvis in genere officium eorum describatur in c. 2. b. t. in 6. & non tantum regulariter possint in suis Provinciis, quod possunt ordinarii locorum, sive Episcopi hi sunt, sive Archiepiscopi, imò amplius quid possint, cum ipsi etiam Ordinarii eorum jurisdictioni, etiam quoad pœnas subiciantur, non potest tamen Legatus, quamvis à Latere sit, Episcopum transferre ab uno Episcopatu ad alterum, unire sibi invicem duos Episcopatus, aut unum in duos dividere, Episcopos deponere, eorum resignationem admittere, aut alia, quæ specialiter Papæ